

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

A. 1583.

PARS QUINTA.

669

ac imprimis qui studiorum causa peregrinantur, amanter complectamur. Grata enim DEO & omnibus bonis ac intelligentibus est eorum voluntas, qui doctrinae causa in longinquiora etiam loca proficiscuntur, ut gravissimè Isocrates præcipit: *Μὴ κατὰ τοὺς χρόνους ἰδίῳς προτινάξῃς πρὸς τοὺς διδάσκοντες ἢ χρονοῖμας ἰπαυτοκρατορῶν.* Hoc consilio cum nobiles hi & literati adolescentes Stiriaci, ex ultimis Christiani orbis provinciis, Turcæ finitimis, in superioris Germaniæ Academiis proficiscuntur: & præceptorem virum gravem & eruditum, M. Israël Stälinum, Tubingensem, comitem habeant, justissimum est, tales hospites omnibus benevolentia officii prosequi. Reverenter itaq; oro, ut per ministrum ipsis, quæ in vestra urbe sunt *ἀξιοδότημα*, monstrati, & alia officia exhiberi curetis, *ὅσα τε ποικίλ' ἕδωκεν ποδῶν ἐν' ἀποδοτικῇ φιλοφρονείῃ.* Mea vobis ac vestris studia & officia vicissim perpetuò constabunt. Benè ac feliciter valete. Die Augustini, Anno 1583.

David Chytræus.

LXVI.

S. D. Reverende & carissime compater.

Nondum accepi, quæ Alberto Clampio te tradidisse scribis; nondum enim ille ad nos accessit. Candorem tuum laudo, quod ex naturæ tuæ bonitate de aliis judicans, virum bonum esse non dubitas. D. Mentonem intelligo de Ungaricis quibusdam controversiis suis cum Cretzero, isthic censuras quasdam edere velle. Id ne fiat, propter Ecclesiæ tranquillitatem rogo. D. D. Hartmanno adjunctas pagellas de Carolo V. à te exhiberi, & simul quæri ex eo velim, de Matthæo Veho, Ballenbergensi, quem ante decennium isthic cum Sylvano captum & ex custodia elapsum, denuo receptum & proscriptum fuisse intelligo. Is nunc apud nos vivit. Idè de causa carceris & proscriptionis illius certi aliquid cognoscere velim. Clarissimo viro, Dn. D. Scoppero, salutem dico, & paulò post de Historia ipsius scribam; De Argentinenfibus negociis à te expecto. Benè vale. Rhodopoli pridie *ἡμέρας τῆς ἑβδόμης*
1. 5 8 3.

David Chytræus.

LXVII.

Salutem in Servatore Christo, Reverende & Clarissime

D. Doctor, amice & frater conjunctissime.

Quantum Ecclesia morte piissimi Electoris vulnus acceperit, equidem assidue cogito. Tametsi enim ad vos præcipuè ea calamitas videtur pertinere, tamen

PPPP 3

& vul-